



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 40. Huic obedire denuo jubetur Francia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

quam in recusationem obedientiæ: ac <sup>Sæcul. XV.</sup> demum hujus restitutio decreta fuit. A. C. 1403.

§. XL.

*Benedicto parere denuo jubetur  
Francia.*

Rex Parisios in Idus Majas anno 1403  
Concilium convocaverat, consultatu-  
rum, quid ad renovandam Ecclesiæ con-  
cordiam expediret. Jamque venerant ma- *Libert.*  
p. 463.  
gno numero Præfules, & alia Cleri mem-  
bra: cum Carolus 28 ejusdem mensis ho-  
ra tertia vespertina obedientiam iterum  
Benedicto præstari jussit urgente fratre  
suo Duce Aureliæ in absentia Præfulum,  
sed coram Cardinalibus Pictaviensi, ac  
Salutiano, & quibusdam de Clero Viris  
horum fautoribus. Post biduum Præfules,  
cæterique Clerici Lutetiæ versantes  
acersebantur ad Biturigum Ducem in  
palatum Turricularum prope portam S.  
Antonii situm: & ibi coram illo, ac ejus  
fratre Duce Burgundiæ Cancellarius Gal-  
liæ denunciabat Regem obedientiam Be-  
nedicto rursum præstitam velle; Ducem-  
que Aureliæ confidere de obtinendis a  
Benedicto litteris Apostolicis super qui-  
busdam modis reconciliandæ concordiæ.  
Hos scripto mandatos Cancellarius tene-  
bat manu, petebatque Præfulum de iis  
sententiam. Nonnulli ajebant se Regis

Nn 4              impe-

**Sæcul. XV.** imperio gesturos morem: alii cum Epis.  
**A. C. 1403.** copis suarum provinciarum de illis deli-  
 berandi spatium poscebant.

Dum hæc aguntur, affertur subito  
 præceptum Regis, ut Duces protinus ad  
 ipsum veniant in palatum Paulianum.  
 Aderat hora undecima: jamque Rex ac-  
 eingebatur ad conscendendum equum,  
 quo veheretur ad templum Nostræ Do-  
 minæ. Huc mox se contulit sequente  
 cum Ducibus magna Præfulum, & Cle-  
 ri multitudine. Cardinalis Pictavienis  
 peregit sacrum de Spiritu Sancto; ac Pe-  
 trus Ailius Episcopus Cameracensis ser-  
 monem habens promulgabat decretum  
 Regis; ac Benedicti missa Duci Aure-  
 liæ facta: de quibus postea quinque lit-  
 teras Apostolicas edidit ad Ecclesiæ con-  
 cordiam facilem reddendam idoneas.

p. 465.

Eodem die 30 Maii confectæ sunt re-  
 giæ litteræ patentes, quarum summa  
 hæc erat: Ante quinque propemodum  
 annos in Cleri nostri conventu statuta est  
 detrectatio parendi Papæ Benedicto XIII.,  
 quia non inierat cessionis viam ad extin-  
 ctionem schismatis, quam celerius effe-  
 ctura videbatur illa recusatio. Sed ubi  
 ventum est ad executionem, fructus in-  
 de speratus non sequebatur. Cogitaba-  
 mus intrusum (nempe Bonifacium) pa-  
 riter a suis sectatoribus desertum iri. At  
 contra evenit: ac ille magis, magisque  
 obfir-

obfirmavit animum. Præterea ex Cardinalibus Pictaviensi, & Salutiano, aliis que Viris cognovimus Papam Benedictum consensisse in cessionem ab intruso pertinaciter denegatam. Insuper Cardinales quos res tangit proprius, ad obsequium rediisse cernimus.

Sæcul. XV.  
A. C. 1403.

Ob hæc omnia de sententia nostrorum patruorum, & fratri nostri Ducis Aureliæ, Præsulum, & Universitatum Parisinæ, Aurelianensis, Tolosanæ, Andegavensis, & Cesseroniæ, itidem de consilio multorum regni nostri Procerum, ac Nobilium abrogamus decretum prius; & Papæ Benedicto XIII nostram, ac regni nostri obedientiam veram denuo addicimus, cunctis Prætoribus nostris diserte imperantes, ut voluntatem regiam publice denunciandam current, ac hujus violatores severe puniant.

### §. XLI.

#### *Beneficia conservantur.*

Benedictus re comperta volebat statuere de cunctis beneficiis, quæ post negatam obedientiam vacaverant; præser-  
tim de abbatia Dionysiosfanensi collata  
Philippo Vilettio. Nec Regi Carolo gra- *J. Juven.*  
tificabatur per legationem oranti, ut fa- *p. 154.*  
ctas interea collationes cunctas confirma- *Sup. §. II.*  
ret. Ipse Dux Aureliæ tanti æstimatus

Nn 5 amicus